

tennæ breves. Thorax villosus. Elytra punctata, sordida, apice truncata. Corpus totum subtus rufo villo pubescens. *Timidum* dixi, cum a longe fugiat ab hoste, sub umbella sese recipiens.

172. *CERAMBYX Fasciatus.*El. long. lin. 6. lat.  $1\frac{1}{2}$ .LINN. Faun. Svec. 2. 687. 688. *Leptura* 4. fasciata & attenuata.

*Diagn.* Niger; thorace bidentato: dente uno medio laterali obsoleto, altero longiore ex angulo postico; elytris flavis, nigro fasciatis.

In umbellis *Athamantæ oreosel.*

*Mas.* Elytro flavo, apice fasciisque tribus atris. Pedibus flavis; femoribus posticis antice nigris.

*Femina.* Elytro sordide flavo, maculis 5 nigris: una communi subcordata, nec non fascia apiceque nigris. Pedibus rufis, femoribus posticis antice nigris; tibiis posticis dente notatis. Variat elytro maculis tribus: una communi fasciisque binis atris. Quandoque maculæ duæ minores communes sunt, & e contra. Vidi etiam absque dentibus lateralibus.

Utrique sexui caput & thorax niger. Palpi flavi: articulo ultimo nigro. Antennæ flavæ: articulis apice nigris. Elytra lucida, apice truncata. Corpus subtus atrum.

173. *CERAMBYX Nebulosus.*El. long. lin.  $4\frac{1}{2}$ . lat.  $1\frac{1}{8}$ .

LINN. Syst. Nat. p. 391.

*Diagn.* Cinereo-nigroque varius; elytro fascia nigra.

Antennæ corpore longiores: articulis supra medium nigris, infra cinereis. Thorax niger: punctis albidis. Elytrum cinereum: punctis multis fasciisque nigris. Pedes cinereo-nigroque varii. Moriturum animal, in uno sexu saltem, exerit postice lamellam trilinearem, femilineam vix latam, apice truncatam, valva cinerea acuminata ad basim superne tectam. In hoc & sequente thorax angulos posticos dentatos habet, non vero latera.

174. *CERAMBYX Scabricornis.*El. long. lin. 11. lat.  $2\frac{1}{2}$ .*Diagn.*

*Diagn.* Fulco-rufescens; antennis æqualibus, nitidis, interiore latere denticulatis, scabris: articulo primo longitudine secundi & tertii simul sumpta.

In *Carnioliæ* media.

Antennæ articulus primus lin. 5. longus. Thorax marginatus, 3 lin. latus,  $1\frac{2}{3}$ . longus: angulis posticis dentatis. Elytrum lineis duabus, elevatis, tuberculosis, antice deletis: apice obtusum, thorace & capite pallidius. Pedes antennis concolores.

(\* \*) *Thorace mutico.*175. *CERAMBYX Scalaris.*El. long. lin. 5. lat.  $1\frac{1}{4}$ .

LINN. Syst. Nat. p. 394.

Faun. Svec. 2. 697. *Leptura.*

FRISCH. Inf. 12. Tab. 3. fig. 1. p. 29-30.

P. PODA. Mus. Græc. p. 34.

*Diagn.* Niger; capite flavo; oculis & triangulo ad nucham nigris. Elytro margine toto, punctisque, flavis.

In hortis.

Antennæ æquales flavæ: articulis apice nigris. Thorax latere & margine utroque flavis. Elytrum punctis 10 flavis, quorum quinque libera, cætera cohærentia cum margine interno scalam repræsentant; præter has maculas est & lineola flava versus apicem elytri posita. Corpus subtus nigrum, sed flavescente villo pubescens.

176. *CERAMBYX Figuratus.*El. long. lin.  $3\frac{1}{2}$ . lat.  $\frac{3}{4}$ .

*Diagn.* Niger; elytri fascia, linea obliqua clavata curva, punctoque ad basim, albis.

In floribus plantarum *Umbellatarum.*

Thorax ovatus, villosus. Elytra apice truncata. Abdominis segmenta tria prima margine albo. Si ab uno angulo externo lineæ obliquæ elytri duceretur alia recta, tunc in elytris unitis resultaret rudis figura vultus. Elytri etiam apex albidus est.

*Leptura Rustica* LINN. Faun. Svec. 2. 692. huc pertinere videtur.